

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Summae privilegiorum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS Dei gratiâ Hispaniarum, &c. Rex Catholicus, Diplomate suo sanxit, nequis, Iusti Lipsij Historiarum in almâ Vniuersitate Louaniensi Professoris, & item Historiographi sui libros quoscumque, à Censoribus legitimis approbatos, præter ipsius, heredumve eius, voluntatem, intra triginta annos à primâ singulorum librorum editione computandos imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venalesve habeat. Qui secus faxit, præter librorum confiscationem triginta marcharum auri puri illatione mulctabitur. Vt latius patet in litteris datis Bruxellæ XIV. Febr. M. D. XCVII.

Signat. Verreycken.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

HENRICVS Dei gratiâ Galliarum & Nauarræ Rex Christianissimus, singulari priuilegio sanxit, nequis per vniuersos Regnorum suorum fines, Iusti Lipsij quos vel hæctenus edidit, vel in posterum editurus est libros, excudere intra decennium præter voluntatem ipsius possit. Qui secus faxit, præter librorum confiscationem, ter mille florenorum illatione mulctabitur; vti latius patet in litteris datis Parisijs XIII. Iulij, M. DC. V.

Signat. Perrochel.

TIBI IOANNES MORETE, pro amicitia quæ mihi cum Plantino (heu, quondam meo!) & Plantinianis est ac fuit, tibi, inquam, permitto, vti C. CORNELIVM TACITVM, quem postremum recensui, cum Commentarijs auctis emendatisque ab ultimâ meâ manu; itemque C. VELLEIVM PATERCVLVM cum meis in eundem Animaduersionibus, typis tuis excudas ac diuulges. Nequis alibi alius præter te, cupio siue iubeo, ex lege quam magnus Cæsar & Reges dixerunt.

Iustus Lipsius.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS IV. Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac Potentissimus Belgarum & Burgundionum Princeps, Diplomate suo sanxit, nequis C. Cornelij Taciti Opera quæ extant, à Iusto Lipsio postremum recensita, & auctis emendatisque Commentarijs illustrata; item C. Velleium Paterculum, cum eiusdem Lipsij Animaduersionibus, præter Balthasaris Moreti voluntatem villo modo intra nouennium imprimat, aut alibi terrarum impressa in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliarve habeat. Qui secus faxit, confiscatione Librorum & aliâ graui poenâ mulctabitur, vti latius patet in litteris datis Bruxellæ XXIV. Decembris M. DC. XLVII.

Signat. Steenhuysse.